

109
nem, neminem equidem, qui sanæ mentis litat, in dubium vocari
posse reor, ideo in eo probando non immorabimur, saltem hoc
uno verbo addimus, quod Duratio verè ac propriè nulli tribui
possit, nisi illi, quod verè & realiter aliquid ponit in esse, seu en-
tibus realibus, entia autem ficta, & quæ objectivè tantùm ratio-
nis dicuntur, propriè non dicuntur durare. Inquirendo verò,
in quonam Durationis *επερυσία* & ratio formalis posita sit lon-
giorem moram nectere operæ pretium ducimus; quippe in quo
palladium præsentis negotii situm videtur. Sed quanta hujus
rei præstantia, tantus hic se offert Autorum dissensus, ut ex tantâ
varietate certi quid electuro aqua hæreat. Verùm si rem rectè
reputaveris via, ut plurimum in eo impingere Autores reperi-
es, quod attributum aliquod durationis aut quid ei extrinse-
cum maximè conjunctum tamen loco ipsius substantiæ duratio-
nis venditant, vel etiam nonnullis ipsa inquisitionis via errorum
suorum fomentum quasi & materia exstiterit, cum enim duratio
(quod etiam de æternitate verum est) sit ex eorum classe, in quæ
mens nostra non fertur, nisi mediâtibz rebz apud nos existenti-
bus, ideò dum durationis in abstracto, & æternitatis naturam ad
temporis nostri genium metirentur, temporis indolem & pro-
prietates durationi in genere & æternitati applicarunt, & sic
lambentes vitrum pulstem non attigerunt. Quare ante omnia
hic monendum censemus, à duratione quatenus hic considera-
tur ut Genus, abstergendum esse omne extrinsecum, quod ipsi
aliàs cõpetit, quatenus certæ speciei seu temporis est adstrictum.
Deinde nos non considerare hic durationem, quemadmodum intel-
lectus noster eam solet sibi imaginari, sed quatenus in se & for-
maliter datur. Nonne meritò ab omnibus risu exciperetur ali-
quis qui DEUM seu Angelum quendam, (quos ut plurimum no-
ster intellectus sibi sub viri alicujus forma solet effingere & ima-
ginari,) substantiam corpoream esse, defendere non desisteret.
Quod cum primis etiam de Æternitate observare juvat.

Th. 12. Agite nonnullorum de Duratione opiniones sub-
incudem & censuram nostram vocemus, quo diâis nostris lu-
men aliquod adfundatur, speramus. Thomistarum com-
munis circumfertur de Duratione sententia, teste Suarezio d. 50.
l. 2. n. 7. statuentium omnem naturam durationis consistere in
ratione & relatione mensuræ. Quæ opinio, ut eò meliùs & re-